

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1613

Quæ sint remedia generalia ad vitia superanda. Cap. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

Prov. 1.4.
N. 27.

purganda, & nunquam veritatis notionem acquiremus, nisi prius omnis error ac cæcitas fuerit sublata. Ita prorsus lentes vitiorum euellendæ sunt, vt pulcherrimus flos virtutis assurgat. Diligenter igitur, ait Salomon, exerce agrum tuum, vt postea ædifices domum tuam.] Nam nisi rudera vitiorum abstuleris, firmam virtutis domum ædificare non poteris. Ab hac vitiorum exterminatione, in qua labor & dolor est, totus profectus spiritualis vita dependet. Et facilissimum erit, aspirante gratia Dei, vitis exterminatis ac deletis, virtutes inlerere, spiritualem habere dulcedinem, & perfectionem comparare.

Quæ sint remedia generalia ad vitia superanda.

CAPUT II.

Nunc generalia quædam documenta, ac efficacia remedia ad omnia vitia proteunda, pandamus, quæ strenue suscepta, & gnauerit executioni mandata, nos, fauente diuina gratia, quæ initium est nostræ salutis, ab eorum molestia liberabunt.

Qui ergo cupis aduersum vitia bellum mouere, eaque ē domo cordis tui elicere, primò satage eorum naturas agnoscere, & gradus atque actus inuestigare. Quomodo enim vinces, quem non agnoscis; quem, cum te feriat, & vulneret, quam longissime abesse presumis; quem, cum hostis sit, amicitia in dumento contegit, ut amicum & familiarem hospitari non metuis? Talia autem sunt vitia, quæ læpe vircautos decipient, & virtutes esse mentiuntur. Quare signata sunt, secundum Gregorium, in illis amicis Iob, qui venientes, vt eum in afflictione positum consolarentur, non consolati sunt, sed apposuerunt dolores doloribus, & corporeas eius afflictiones, & quidem eximias, tristius menti ipsius iniectis superarunt. Sic vita astutissima, amicorum, id est, virtutum, se vestimentis abscondit, & quasi ad nos roborandos accedunt, cum tamen ad depræandum, & animum feriendum, adueniant. Egregie sanè dixit Basilius: Proxima, & veluti contiguus ianua gentiles quoque aiunt vita esse virtutibus. Qualibet denique virtus ianua simillimam in vita ferentem virtus speciem aperit, vt qui ad virtutem ingredi nescit, eius primū ianua adiutens, dum hac se pulsare arbitratur, aperta sibi hinc aut inde altera ex vitiorum ianuis, deceptus maxima similitudine, ingrediatur veluti virtutis domum: deinde cunctis eius errore irridentibus, ipse quoque, & tempore, & experimento commonitus, discat non solum ab ea se virtute, cuius aliquando ianuam pul sare videbatur, esse remotissimum, verum ne limina quidem eius attigisse, neque ipsi ianuae, vt prius videbatur, adstirisse faltem, aut pulsasse. Ianua igitur virtutis, & ianua similiter vitij cognoscenda est: principium illius, ac si non ignorandum, ne vnum pro altero recipientes decipiamur. Quemadmodum enim qui nescit quoniam detinatur languore, aptum remedium non querit; ita qui ignorat quoniam virtus & oppressus sit, curari non valet. Quo pacto elationem excides, si nescis te esse superbum? Quomodo auaritiam, & inmoderatam cupiditatem resecabis, qui te ignoras auarum? Qua nam ratione gulam prosterres, si tuam mentem prætereat esse gulosum? Eris quando carnis incentiuia dominabis, & dissimulata libidini frœnum inicies, si pu-

A tas iam carnem emortuam, cùm viua sit, & ad malum proclivis, & absconditis quibusdam eiusdem infidis (de quibus postea dicemus) impellaris? Quæso te hanc utilissimam scientiam addisce. Et sicut dialeætici partem Topicam suæ artis addiscunt, vt eam exercant, Sophisticam vero, & deceptoriam vt caeant; ita & tu labora virtutum ac vitiorum naturas cognoscere, illas vt habeas, ista vero non vt habeas, sed vt solerti cura diffugias.

Magnum odium, ac implacabilem indignationem aduersus vitia concipe, quod non erit difficile si eorum derestandard malitiam confideres. Nam vitia sunt origines peccatorum, fontes inquietudinum, fomenta affectuum inordinatorum. Sunt milites dæmonum, & acies ab aduersariis immisæ, vt parta bona diripiant, & nos cælestibus donis spolient. Hi milites, quos dæmones in cordibus hominum sui loco substituunt, ipsis dæmonibus (si Cassiano creditus, & non est cur tanto viro fidem non adhibeamus) infestiores sunt, quia illi nequissimi spiritus corpora energumenorum vexant, & in animas eorum potestatem non habent; vitia vero non corpora solum, sed animas quoque subiiciunt. Quas dum in suum transferunt dominatum, & ipsis dæmonibus subdunt, & ad omne genus flagitorum inducent. Ex isto vitiorum odio ingens desiderium, vincendi elicendum est. Quis enim vincere suos hostes non optet? Quis miserrimam seruitutem excutere, & suæ salutis infestissimos aduersarios profligate non cupiat? Desiderium autem istud subsistentiam ad superandas difficultates, & animum ad patiendum, & molestias ferendas adiciat. Nemo quippe acerbum hostem domiendo vicit, nemo inimicum, fortiter resistentem, sine difficultate prostravit. Ac proinde nullus poterit vitiorum suorum durissimam dominationem, semetip sum palpando, & suis imperfectionibus annuendo, proterere. Quapropter Gedeon ad manus cum Madianitis conferendas procedens, legnes, & pulsillimes bello prohibuit: ac iubente Domino proclamauit: Qui formidolosus, & timidus est, reuertatur.] Quia videlicet istud spirituale bellum in illo Gedeonis designatum, non tepida desideria imperfectorum, sed desiderium vehementis, quod ad opus progrederiatur, omnino requirit. De inquis enim dictum est in Iob: Quia in soluta sunt semitæ gressuum eorum, quoniam (vt inquit Gregorius) recta quidem deliberando appetunt, sed ad consueta semper mala replicantur, & quasi extra se tensi ad semetipsos per circuitum redunt, qui bona quidem cupiunt, sed à malis nequam recedunt.] Esse quippe humiles, sed tamen sine despicioles contenti propriis, sed sine necessitate: esse casti, sed sine maceratione corporis: esse patientes, sed sine contumelias, volunt: cùmque ad ipsi virtutes querant, sed labores virtutum fugiunt, quid aliud quām exhibere belli certamina in campo nesciunt, & triumphare in viribus de bello concupiscunt?] Hæc infirma desideria à Gregorio descripta parum proderunt ad extirpanda vita: quare ex magno vitiorum odio magnum etiam desiderium executiendum est, quod nos faciat pro victoria fortiter decerpere, & labores aliquos pro virtutum acquisitione sustinere.

Ardentibus his desideriis assidua orationem adiunge, qua instanter à Domino petas, vt tibi aduersus omnia vita, & prelertim aduersus illud, cum quo specialiter pugnas, vitiorum concedat. Nam ipse est, qui sicut immitis desiderium pugnandi, & vincendi voluntatem; ita etiam dat nobis vitiorum per Dominum nostrum Iesum Christum.

II.

Cassian.
coll. 7.c.
25.Iudic. 7.
3.

Iob. 6.18.

Greg. lib.
7.
Mor. cap.
12.I. Cor. 15.
57.

Iudith. 4.
13.4. Reg. 6.
14.

IV.

1. Mach.
2. 3. 8.1. Mach.
2. 4. 1.

Beata quōque Virgo Maria, & omnes sancti interpellandi sunt, qui & orationes nostras exaudiunt, & potentes sunt apud Dominum, ut vires gratiae ad hoc bellum feliciter peragendum nobis imperent. Moses hostes Domini oratione vicit; unde scriptum est in libro Judith: Memores esto Moysi serui Domini, qui Amalec confidentem in virtute sua, & in potentia sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit.] Imago est virtus iusti, perfectionemque sicutius, qui non tam bonorum actuum exercitatione (licet hæc nullo modo omittenda sit) quam ardente & assidua oratione de hostibus victoriam obtinet, & virtus iniusteata profertur. Elisæus quoque in Dothan à Syris circumdatum, cum volentibus comprehendere, validissima militum cælestium acie protegitur. Quia angelii & sancti de hominum salute solliciti, eos protectione sua ab inuincibilibus aduersariis & à vitis defendunt. Nunquam ergo est ab oratione cessandum, qua & Domini misericordiam flectamus, & sanctos ac dilectos eius importunis precibus exoremus. Humana imbecillitas ex una parte, & ex altera propria vindici necessitas compellat, oratione, id est, quedam armorum genere efficacissimo, virtus insequi, que sic ut tenebra ad lucis aduentum disparet, ita ad orationis efficaciam evanescunt.

Studiosem occupationem rerum utilium in primis dilige, ex honestissimo fine placendi Domino, & in actiones spirituales incumbenti, suscepit, quæ dum studia virtutum infert, malis aut inutilibus actibus virtus generantibus, fine villa molesta resilit. Ora semper, aut lege, aut scribe, aut quæ scribenda sunt, aut aliis, aut tibi profutura, meditare: utilitatiproximorum inservi, corum confessiones excipe; tristitia discretis consiliis expelle, dubietates exolute; diuino cultui quiete & reuerenter insite, & aut inquietum sacrificiū celebres, aut in choro, aut priuatim psallas, mens tua ab omni flegmitie & otiositate discedat. Si his posterioribus rebus præstandis non sis idoneus, labores corporales suscipio, quos status admittat, quos mentis tranquillitas sufficerat, quos obedientia preferibat. Et hoc unum tibi sit cordi, nunquam occiri, nunquam rebus inutilibus occupari, sed sanctis aut necessariis laboribus detineri. Otiuum noxiis cogitationes excitat, mala desideria gignit, & ad peruerfa opera carnem impinguat, atque adeo similia cogitationibus & operibus, ad quæ inclinat, virtus producit. Inutilis autem occupatio non est vitium extingue, sed nutritre; quod non solum malis actibus gignitur, sed inutilibus robatur. Quare ab utroque, scilicet à perniciose oto, & ab inutili negotio, vitiorum impugnator abstineat. Nam & milites regis Antiochi [mulerunt filiis Israel bellum Sabbathi;] & quia Sabbathizare voluerunt, [mortui sunt ipsi, & vxores eorum, & filii eorum, & pectora eorum.] Tempore ergo belli, nullo modo nos otiositati tradamus, neque sabbata celebremus, sed irruentibus virtutis resistendum est, ne occupatione vacuos, & somno, aut rebus inutilibus occupatos intemperant. Et incidat nobis consilium bonum, quo alij alieno discrimine eruditæ dixerunt: Omnis homo, qui enique venerit ad nos in bellodie sabbatum, pugnemus adversus eum; & non morientur omnes, sicut mortui sunt fratres nostri in occultis.] Nam verè otiosas & iners vitiorum gladio transuerberatus, in occultis cadit, quem, licet nihil malis agat, abditus in peccatum consensus occidit. Quod autem non sufficiat otiositatem fugere, sed etiam necesse sit ab inutilibus operibus temperare;

A docet Gregorius sic scribens: Sed sciendum est, quod idcirco nonnunquam impulsu illicite cogitationis affligimur, quia in quibuidam terrena cogitationis actibus (quamvis licitis) libenter occupamur. Cūque vel in minimis terrena actio per desiderium tangitur, crescente contra nos antiqui hostis fortitudine, mens nostra non minima importunitate tentationis inquinatur.] Quare idem sanctus doctor putat in Leuitico præceptum esse, ut pedes, & intellectu hostiæ aqua lauentur, quia nimis inepita cogitatione ex terrenis occupationibus nascentia, eluenienda sunt, ut oblatum sacrificium cordis nostri diuinus amor accendat.

Greg. l. 9.
Mor. c. 31.

Vitij occasionem, quod impugnare vis, animosè fugi, si gula lauciaris, conuicia, & ciborum lautiā, & consortia ventri seruientium evita; si auaritia deprimeris, pretiosam supellechilem, & vel vnius oboli possessionem declinali superbia turges, hominum plausus, & laudaciones, necnon & omnia, quæ apud mortales splendit, dignitatis munera, si potueris, caue. Occasio fortis superat, quanto magis infirmos deiciet: Alienos à virtus telo vitiorum vulnerat; quanto fortius virtus implicatos interimet? Sani & vegeti in occasione, tanquam in loco infalubri positi, vitij agititudinem contrahunt, quanto facilius iam morbo infetti, pestilentiæ agititudine subuentur? Cupiens à morbo corporis liberari, prius noxiū humorem sifistis, & illum purgatione euacuas, quia aliter medicamenta vim lanandi non habent: idem tibi ad curationem animæ secundum Chrysostomum, faciendum est: semper enim vitiosus humor stillabit, nisi fontem, id est, occasionem, obstruxeris. Cor hominis, præcipue virtis affectum, est veluti materies ad ignem suscipiendum parata: si tu illi per occasionem ignem apponis, quid mirum si te ignis flamma comburat?

Leuit. 9.
nn. 14.

C Si te sentias ab aliquo vitio impugnari, statim in principio impugnationis resistere: facilius est enim infirmum hostem vincere, quam de robusto & valido victoriā reportare. Modicum semen, id est, primam vitij cogitationem, euelle, ne altas radices in corde figens in arbore proceram ex crescet. Primæ serpentis suggestioni aurem obtura, ne verba eius voluptatis melle circumlita mulierem, nempe sensualitatem decipiunt, & per mulierem, virum, id est, rationem, ad consensem inflent. Dicatum est à Domino iniquo serpentis: Ipsa, (id est, mulier) conteret caput tuum, [id est, suggestionis initium, ut illud, quemadmodum ait Augustinus, in initio male fluctuationis excludat. Si autem sensualitas carne signata, ratione annuente, caput prauæ suggestionis non frangat, qua ad opera vitiorum incitamus, quomodo vitio domum cordis ingresso, & corde, robore eius occupato, iam capti, & vieti resistemus? Resistite diabolo,] inquit Iacobus Apostolus, [& fugiet à vobis;] quando autem resistendum est ei, nisi cum incipit in regnum nostrum intrupere? Nam si nobis cordis deditis terram nostram ingrediantur, & arcis animæ, id est, vires, possideat, quis poterit vitiorum nexibus colla non subdere? Quis miseram servitutem, & lugendum casum declinare?

Chrys. li.
1. de com
punctione
cordis.

E Vitia contutis virtutum actibus tum internis, tum externis expugna, & leues etiam vitiorum defectus severissima censura castiga; sic quasi uno edemque labore, & virtutum profligabis, & oppositam virtutem obtinebis. Quia autem hoc est præcipuum vitiorum extinguendorum remedium, paulo latius est explicandum. Primum ergo aduersus monstra vitiorum actibus virtutum internis decerta, & propria tibi ante oculos mentis occasione vindictæ, aut

VI.

Gen. 3.
n. 17.Aug. lib.
2. ue
nerat.
Manich.
cap. 18.
Tem. I.

Iac. 4. 7.

ambitionis,

VII.

Cassian. coll. 19.c. 14.

ambitionis, mansuetudinem, & humilitatem amplectere, & te aut iniuriam patienter latrurum, aut honorem humiliter contempturum, ob amorem & imitationem Christi, confanter statue, & in pace positus, ac si actu impugnareris, bellum euince. Quomodo vero id prastandum sit, Ioannes Cassianus eleganter exposuit. Cum seigitur, inquit, impatiens, siue ita perturbationibus incutati unusquisque deprehenderit, contrariis semetipsum obiectiōibus semper exercet, & propositis fibi multimodis iniuriarum dispendiorūque generibus, velut ab alio sibi met irrogatis, assuefacit mentem suam omnibus, quæ inferte improbitas potest, perfecta humilitate succumbere, atque apera fibi queque, & intolerabili frequenter opponens, quāta eis occurere debet benignitate, omni iugiter cordis contritione mediterratur. Et ita respiciens ad illas sanctorum omnium, siue ipsius Domini passiones, vniuersa non solū conuiciorum, sed etiam pœnarum genera inferiora meritis suis esse pronunciens, ad omnem se dolorum tolerantium præparabit. Hanc docet iste magnus patet rationem pugnandi cum vitis: si autem quis cediderit, & in ita scopolum, quem impugnabat, impegerit, dicat ipse quid sit accepto vulnera facturus. Sic, ait, seipsum obiurgans & increpans alloquatur: Tunc ille es bone vir, qui te dum in illa sollicitudinis tua exerceres palabra, omnia superaturum mala constantissimè præsumebas, qui dum tibi non solū summas conuictorum acerbates, verum etiam intoleranda supplicia ipse proponeres, fatis validum atque ad omnes procellas immobilem te credebas? Quomodo inuita illa patientia tua leuissimi verbi prolusione confossa est? Quomodo domum tuam super illam solidissimam petram tanta, ut tibi videbatur, mole constructam, leuis aura commouit? Vbi est illud, quod inani fiducia bellum in pace desiderans proclamabas: Paratus sum, & non sum turbatus? Et cum Propheta sepe dixisti: Proba me Domine, & tenta me, vre tenes meos, & cor meum. Et, Proba me Domine, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas: & vide si via iniurit in me est? Quo modo ingentem certaminis apparatum exigua hostis umbra conterruit? Ecce interiorē actuum exercitationem aduersus vitia ex virtutib⁹ atq⁹, atque ex tui ipsius, si cecideris, reprehensione compadēam, qua non semel, & perfunditorie facta, sed rāpē, & instanter iterata vita extenuat, & tandem ex habitatione cordis excludit. At non solis internis actibus debes esse contentus, sed curabis externas virtutis actiones vitio contrarias, quod impugnas, interiori conflictui mentis adiicere. Ita scilicet, ut contra libidinem, exempli gratia, corporis maceratione; contra superbia, vilium obsequiorum exhibitione; contra gulam, inedia & abstinentiam pugnes. Internis enim operibus externa hæc arrestantur, quæ si, oblata opportunitate, defint, fitios fuisse aut inefficaces cordis affectus evidenter ostendunt. Aduersus impetus vitiorum, inquit Bernardus, contraria virtutibus est pugnandum. Contra luxuriam adhibetur cordis mundicia: contra odium, dilectione: contra iracundiam, patientia: contra timorem, fiducia: virtus: contra torporem, fervor boni studij: opponatur tristitia gaudium, accedit fortitudo; aurarit largitas; superbia humilitas. Et Laurentius Justinianus, propositis similibus aliis exemplis, concludit: Virtus virtutum oppositione resistendum est. Nunquam vt ad actum, nunquam vt peritabant ad confusum, permittenda sunt. Sicut intus tremunt, vt prossilant ad opus: ita quoque intus mucrone resistentia iugulentur; iuxta prophetæ

A | admonitionem dicentis: Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini.] Si quando verò trahit virtus excesseris, & vitio impugnatus in aliquod leue peccatum incidens, te ipsum ob illum defectum, ultra reprobationem iam dictam, qua temeritatem increpas, aliqua exterforti poena castiga. Leuissimam impudicitia cogitationem, dira carnis flagellatio; motum nonnullæ indignationis aduersus fratrem, humiliam venia postulatio; assumptorum ciborum excessum, longum ieiunium puniat; vt mens in quadruplum castigata, leues etiam casus reformidet. Cassianus quidem hanc partem iſtius documenti docere non prætermisit, qui illum aduersus iram pugnantem crudens, post ea, quæ supra retulimus, haec subdit: Tali semetipsum compunctionis animaduersione condemnans, inultam animi sui commotio inculam esse non finat, sed arctiore carnem suam ieiunij ac vigilarum correptione castigans, ac iugibus continentiae pœnis culpan suæ mobilis crucifixus, id quod ad plenum excoquere in cœnobij conuersatione debuerat, in sua cella constitutus, hoc exercitationis igne consumat.] Ecce optimam rationem, ac modum aduersus vitia pugnandi, quem si perseveranter tenueris, & Dei gratia fidem tractaueris, vitia comprimes, virtutes inferes, & incredibilem pacem assequeris.

*Psal. 4.n.**Cassian. coll. 19.c. 14.*

B | Cassian. coll. 19.c. 14.

Et ita respiciens ad illas sanctorum omnium, siue ipsius Domini passiones, vniuersa non solū conuiciorum, sed etiam pœnarum genera inferiora meritis suis esse pronunciens, ad omnem se dolorum tolerantium præparabit. Hanc docet iste magnus patet rationem pugnandi cum vitis: si autem quis cediderit, & in ita scopolum, quem impugnabat, impegerit, dicat ipse quid sit accepto vulnera facturus. Sic, ait, seipsum obiurgans & increpans alloquatur: Tunc ille es bone vir, qui te dum in illa sollicitudinis tua exerceres palabra, omnia superaturum mala constantissimè præsumebas, qui dum tibi non solū summas conuictorum acerbates, verum etiam intoleranda supplicia ipse proponeres, fatis validum atque ad omnes procellas immobilem te credebas? Quomodo inuita illa patientia tua leuissimi verbi prolusione confossa est? Quomodo domum tuam super illam solidissimam petram tanta, ut tibi videbatur, mole constructam, leuis aura commouit? Vbi est illud, quod inani fiducia bellum in pace desiderans proclamabas: Paratus sum, & non sum turbatus?] Et cum Propheta sepe dixisti: Proba me Domine, & tenta me, vre tenes meos, & cor meum. Et, Proba me Domine, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas: & vide si via iniurit in me est? Quo modo ingentem certaminis apparatum exigua hostis umbra conterruit? Ecce interiorē actuum exercitationem aduersus vitia ex virtutib⁹ atq⁹, atque ex tui ipsius, si cecideris, reprehensione compadēam, qua non semel, & perfunditorie facta, sed rāpē, & instanter iterata vita extenuat, & tandem ex habitatione cordis excludit. At non solis internis actibus debes esse contentus, sed curabis externas virtutis actiones vitio contrarias, quod impugnas, interiori conflictui mentis adiicere. Ita scilicet, ut contra libidinem, exempli gratia, corporis maceratione; contra superbia, vilium obsequiorum exhibitione; contra gulam, inedia & abstinentiam pugnes. Internis enim operibus externa hæc arrestantur, quæ si, oblata opportunitate, defint, fitios fuisse aut inefficaces cordis affectus evidenter ostendunt. Aduersus impetus vitiorum, inquit Bernardus, contraria virtutibus est pugnandum. Contra luxuriam adhibetur cordis mundicia: contra odium, dilectione: contra iracundiam, patientia: contra timorem, fiducia: virtus: contra torporem, fervor boni studij: opponatur tristitia gaudium, accedit fortitudo; aurarit largitas; superbia humilitas. Et Laurentius Justinianus, propositis similibus aliis exemplis, concludit: Virtus virtutum oppositione resistendum est. Nunquam vt ad actum, nunquam vt peritabant ad confusum, permittenda sunt. Sicut intus tremunt, vt prossilant ad opus: ita quoque intus mucrone resistentia iugulentur; iuxta prophetæ

VIII.

Deuter. 7.21. 22.

C | Cassian. coll. 19.c. 14.

D | Cassian. coll. 19.c. 14.

E | Cassian. coll. 19.c. 14.

F | Cassian. coll. 19.c. 14.

G | Cassian. coll. 19.c. 14.

H | Cassian. coll. 19.c. 14.

I | Cassian. coll. 19.c. 14.

J | Cassian. coll. 19.c. 14.

K | Cassian. coll. 19.c. 14.

L | Cassian. coll. 19.c. 14.

M | Cassian. coll. 19.c. 14.

N | Cassian. coll. 19.c. 14.

O | Cassian. coll. 19.c. 14.

P | Cassian. coll. 19.c. 14.

Q | Cassian. coll. 19.c. 14.

R | Cassian. coll. 19.c. 14.

S | Cassian. coll. 19.c. 14.

T | Cassian. coll. 19.c. 14.

U | Cassian. coll. 19.c. 14.

V | Cassian. coll. 19.c. 14.

W | Cassian. coll. 19.c. 14.

X | Cassian. coll. 19.c. 14.

Y | Cassian. coll. 19.c. 14.

Z | Cassian. coll. 19.c. 14.

Bern. de ordine vi te p̄st medium.

In lib. de cœto coniubio. c. 7.

Universitätsbibliothek Paderborn

Cassian.
ibid.

Nec putandum hac vnius vitij delendi cura, nos erga aliorum iactus & tela incautos inueniri: quia, vt idem sanctus pater ait, & ipso experimento didicimus, impossibile est quenquam diligenter vni vitio resistere, quin etiam generali quodam horrore, & mentis sua custodia, aliorum etiam insultus non fugiat, aliorum tela non timeat. In cuiuslibet autem vitij impugnatione a facilitibus incipe, & ad maiora & difficilia procede. Ad quod non modicum valer simile Anselmi, vt sicut arborum proceram succidens, prius in circuitu arbusta curat excindere, ne sibi arborum succidenti possint obesse: ita prius facilita vitij sunt extirpanda, vt ad difficilia & robustiora progrediamur.

IX.

Ansel. li.
de similit. c. 145.

In omnibus, quae cogitaueris, quae ore protuleris, & quae opere ipso praeliteris, eam moderam, & prudentem attentionem custodi, quam supradicte leuiorum peccatorum fugam necessariam esse protulimus. Cum enim tantum sit boni malique discrimen, & Dominus nobis lucem ad boni & mali notio[n]em impreserit, non poterit homo ex desiderio placandi Deo, in omnibus circumspecte & attente procedere, quin videat in multis quid vitiosum sit, & a ratione deuerit; quid etiam studiosum, & ab omnibus virtutibus ac labe declinet. Hac autem aduentus assuecerit, studiosè & circumspectè se gerere, & ipso studio bene operandi virtutes promouebit, & vita magis ac magis extenuabit, quo vixea ea omnino subuertat, & passiones animæ virtus liberas, & virtutibus decoratas, non multum ex fomite aduersus Dei legem insurgentes relinquit.

X.

Marc. 9.
28.

Non tantum oratione, desideriis, fuga occasione, utrilibet occupatione, & circumspecta attentione, contrariis actibus, & celesti resistentia aduersus vitia te protege, sed ea aliis etiam quibuscumque bonis operibus semper expugna. Quae oblata Domino, vt nos a vitiorum seruitute liberet, victoriā vitiorum, ac virtutum acquisitionem, impetrant. Aduersus superbiam (vt exemplo aliquo vtatur) bellum geris: Orationes ergo tuas, quotidiana psalmodiam, misericordiam, ieunia, vigilias, cilicia, flagella, ministerij occupationem, corporales labores, & quicquid aliud bonum inciderit, Deo humiliter offeras, & ea, expressa intentione facito, vt in te Dominus superbiam comprimit, & virtutem humilitatis infundat. Ita namque opera ex hac intentione Domino maiestatis oblata, diuinam eius misericordiam influet, vt clamantem audiat, & tot modis pro superbiae extinctione laborantem aspiciat, & sui cordis illi desideria concedat. Hoc genus demoniorum, (dixit aeterna veritas,) non euicit nisi in oratione, & ieunio,] quo vita signata sunt, quae debent assiduis orationibus pelli, & bonis operibus ad ea delenda suscepisti extirpati.

XI.

Deut. 9.
4.

Si aliquando a te vitia prostrata arque expugnata conspexeris, Domini beneficium agnosce; pro eo immensas gratias age; neque Dei in te vincentis victoriā superbē tibi attribuas, neque de extinctione inimicorum tuorum ac de assequitione virtutum praesumptuosè glorieris. Ne dicas in corde tuo (vt nunc Spiritus ipse sanctus in Deuteronomio te doceat) cum deleuerit eos Dominus (eos scilicet vitiorum cunes) in conseptu tuo: Propter iustitiam meam introduxit me Dominus, vt terram hanc posiderem, cum propter impietatem suam ista delecta sint nationes.] Opus ergo Dei, quod ipse in conseptu tuo fecit, & te eius abundantissimæ gratia tantillum cooperante patruit, nullo modo tibi arroges, sed magis illi, cuius est opus, non sine grati animi significatione concede. Nec putas te vitiorum

A deletionem ex iustitia meruisse, quoniam ipsorum extinctione misericordia Dei fuit, te liberantis, & in terra cordis tui possessionem inducentis; iustitia autem comparatione vitiorum, quae miseram gentem templo Domini, id est, cor tuum, occupantem extinxit. Si hanc tibi victoriam adscriperis, & Dominum eius autorem ignoraueris, iterum vici hostes, eo permittente conseruent. Cum ceciderit inimicus tuus, ait Salomon, ne gaudeas, & in ruina eius ne exulteras: ne forte videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam.] Ne scilicet superbè gaudeas in casu vitiorum, & in parte de illis victoria ne imprudenter exultes: dispicebit enim Dominus præsumptuosa exultatio, & quasi vitio placabitur, dum illud pullulare, & vires aggregare permisit. Ne itaque ob victoriam & pacem in superbiam efferaris, sed modestior effeçtus, Dominum tui amatorem & vitiorum destructorem agnosce.

Prov. 24.
17.

XII.

Denique si vitium aliquod perfectè non viceris, il ludique te deiciens & lepe feriens animaduerteris, ne despondeas animum, nec ab eius impugnatione cesses; quia si humilierac constanter perleuaueris, tandem victoriā assequeris. Aut saltem si Dominus leues in te casus adhuc permisit, id ad tuam humilitatem & patientiam faciet, & vt perfectius non in tua iustitia, sed in sua misericordia confidas. Scit enim ipse, qui summè bonus est, ex nostris casibus profectus etiam nostros facere, & ex malis bona maioris alicuius virtutis elicere. Ac proinde casus & defecitus tuos in abyssum eius misericordia proice, & te miserum esse, vt ille magis misericors apparere, & quanmiserum sustine.

Hac sunt remedii generalia vitiorum, nunc ad magis specialia transeamus. In hac autem tractatio[n]e non tam nos, vitiorum vituperatores, quæ naturæ eorum exploratores exhibemus. Qui, vt supra diximus, & cuiusque vitij ex octo predictis primò naturam & actus aperiemus; deinde verò more medicorum congrua & apta remedia breuiter assignabimus: quæ, gratia Dei faciente, & humanis conatu[m] fauente, mentisque torpore excitante, eam sanent, vitia deleant, & nos paratos ad virtutes suscipiendas efficiant. Ordinem autem Cassiani seruare intendimus, vt scilicet a crassioribus vitiis, & quæ primò à viro spirituali proterenda sunt, inchoemus, & ex illis ad subtiliora & difficilia tractanda procedamus.

De vitio Gule, atque eius gradibus.

CAP V T III.

GVLA, vt diu Thomas Aquinas ait, est appetitus inordinatus cibi & potus. Non quidem ille appetitus naturalis ad vires pertinens animæ vegetabilis, quo naturaliter elutimus & statim, cum ob consumptiō[n]em prioris alimenti, novo cibo & potu indigemus. Hic enim naturalis cum sit, & aculeo necessitatibus excitatus, & minimè ratione subiectus, non potest ad vitium nec virtutem pertinere. Sed appetitus sensitius ad vim concupiscibilem spectans, quo etiam cibum, & potum appetimus, si à mensura rationis deuerit, vitio ac immoderationi subiicitur. Hic itaque cum inordinatè cibum & potum appetit secundum aliquem modum eorum, quos statim dicemus, vitiosus est: & habitus ille, quo ad inordinatam cibi portione sumptionem inclinatur, vitium gulæ ad intemperantiam pertinens dicitur. Quod

D.Thom.
22.9.148.
art. 1.

cibum